



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvn. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. X. De sacris sacelli mobilibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

DE INDVLGENTIIS,
ET RELIQVIIS,*In hoc Sacello existentibus.**Cap. IX.*

QVAMVIS summi Pontifices Praefepis facellum quam plurimis Indulgentijs decorarint; tamen temporum iniuria sunt obruta. Nos tantum notabimus Praefepis Altare pro defunctis priuilegiatum: In nocte Natalis Domini cum sequenti die Plenariam esse Indulgentiam, atque alias libro sexto traditas. Sacrae Reliquiae in hoc Sacello repositae tales existunt. Sub Praefepis Altare scenum veneramur, super quod Christus nascens, primò recubuit, vnà cum alijs sacris Reliquijs. Illud verò mirum existit, eodem modo conseruari, ac si adhuc è prato recisum esset, cum tamen amplius mille sexcentum annis permanserit. Sub sanctae Luciae Ara quaedam Innocentium corpora asseruantur.

DE SACRIS SACELLI

MOBILIBVS.

Cap. X.

QVAMPLVRIMA ex argento condita ad Dei cultum in hoc Sacello reperiuntur, ab Alexandro Peretto Cardinali Montalto insigni pietate fabricata. Et primum vna Crux, candelabra magna, atque mediocria, lampades magnae, & mediocres, polubrum, & aqualis. Ampullae, & Patinae ad sacrificium, plures calices. Acerra cum nauicula, egregie formata. Idem plures ditissimos apparatus, Planetas, & alias sacras vestes tradidit; nimirum varia Arae maximae pallia ex rubris sericis auro, & argento intertextis. Pallium album pro eadem Ara argento, atque auro mirifice inserto.

Pallium pro eadem Ara ex serico villosò colore puniceo.

A Pallium pro eadem Ara, colore viridi, auro intertexto ditissime compositum.

Pallium ex serico villosò, colore nigro, aureis tanijs exornato.

Pallium ex serico vngulato, colore puniceo.

Pallium auro acubus inserto, miri pretij, & pulchritudinis.

Pallia ex varijs coloribus, quae etiam eidem Arae inseruiunt.

B Alia Pallia pro tribus minoribus Aris; idest Sanctissimi Praefepis, Sancti Hieronymi, & S. Luciae.

Primum Pallium album, & rubrum, auro intertexto, in medio Peretti Principis insignia gestans.

Pallium alteru sericum argenteum auro exornatum, cum alijs Pallijs ex varijs coloribus, quae breuitatis causa omitto.

Duorum Altarium, nimirum S. Hieronymi, & S. Luciae pallia.

C Primum ex serico vngulato colore viridi pallia quinque.

Pallia exin alba, argento intertexto, nec non alia ex diuersis coloribus optimè exornata.

Pretiose Sacerdotum vestes sunt haec.

Quaedam ex serico, argento intertexto auro exornatae.

Quaedam ex basilico viridi, rubro, atque albo, cum fascia ex auro acubus inserto.

D Aliae ex serico viridi.

Aliae ex serico villosò, auro ornatae, cum Pluuiiali, atque Tunicellis.

Aliae ex serico raso, colore nigro, auro exornatae.

Aliae ex serico vngulato, colore puniceo, auro decoratae.

Aliae quotidie inseruientes, quas omitimus.

E Adfunt etiam magna Arae, quo haec cum reliquis mobilibus asseruentur.



DE FVN-